Universitätsbibliothek Paderborn

Parallela Geographiae Veteris Et Novae

Briet, Philippe

Parisiis, 1648

§. 7. Duisio Hispaniae secundùm Imperij Notitiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13147

Visual Library

BRACCARENSIS. *Complectebatur magnã partẽ Portugalliæ Antra-Minho-Douero, & partem Tramontanæ.*	Caput *Braccara Auguſta*, & in eo fuerunt capita 275000. & 24. ciuitates.
ASTVRICENSIS. *Continebat Aſturiam Ouetanam, & partem Regni Legionenſis trans Durium.*	Caput *Aſturica* Auguſta; item & Legio 7. Germanica vbi 260000. capitum liberorum, & 12. populi.
CLVNIENSIS. *Complectebatur Aſturiam Santillanam: Biſcayam magnam totam, partem exiguam Regni Legionenſis, & Caſtellam Veterem.*	Caput *Clunia*, ibi quoque *Numantia* ſita fuit. Populi hinc petentes ius 65.
CÆSARAVGVSTANVS. *Continebat Caſtellæ Nouæ partẽ & Regna Aragonenſe, & Nauarrenſe.*	Caput *Cæſarauguſta* Colonia immunis. Vnde iura petunt 42. populi, hoc eſt vrbes.
TARRACONENSIS. *Complectebatur Catalaniam totam, & minimam partem Regni Valentiæ.*	Caput *Tarraco* Scipionum opus, vbi populi celeberrimi 44. diſceptabant.
CARTHAGINIENSIS. *Continebat Caſtellæ Nouæ partem, Murciæ Regnum totum, Valentiæ pene totum, & totum Maioricenſe.*	Caput *Carthago Noua* Pœnorum opus, vnde ius petebant 62. populi præter Inſularum accolas.

§. 7. *Diuiſio Hiſpaniæ ſecundùm Notitiam Imperij.*

HADRIANI tempore diuiſa fuerat Hiſpania in ſex partes, ſiquidem Tarraconenſis, vt potè amplior, diſtracta eſt in Tarraconenſem, Gallæciam, & Carthaginienſem, quibus adiũcta fuit Hiſpania Transfretana dicta, & Tingitana; vt in Africam, ex verâ Hiſpaniâ commodè auxilia ſubmitterentur. Sed tempore Conſtantini addita fuit ſeptima conflata ex Inſulis Gymneſiis, quas & Balearidas dicunt. Porrò his ſeptem prouinciis vnus præerat Vicarius ſub Præfecto Prætorij Galliarum, de cuius inſignibus ſicut de Conſularibus, & Præſidibus ei ſubiectis legatur Notitia Imperij, & ad eam Pancirolus cap. 67. Notitiæ Imperij Occidentalis.

BÆTICA. *Continebat Andaluſiam totã, integrum Granatenſe Regnum, & minimam Portugalliæ partẽ decerpebat.*	Caput *Hiſpalis*. Hæc prouincia tẽpore Domitiani Proconſularis erat, ſub Cõſtantino Præſidẽ habuit, ſed ſub Conſtantio facta eſt Conſularis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

LVSITANIA. *Complectebatur Portugalliam ferè totã, hoc eſt ſeclusâ parte Septentrionali. Tollebat & partes Extremaduræ, Caſtellæ atque Legionis.*	Caput *Auguſta Emerita*, in gratiam Auguſti ſic dicta qui eò Coloniam miſit. Hæc erat Conſularis.
GALLÆCIA. *Continebat Galiciam totam, partem Portugalliæ exiguam; Legionenſe Regnum cum Aſturiis, Biſcaiam Magnam cum Caſtellâ Vetere.*	Caput *Braccara Auguſta* ſub præſide erat teſte Sex. Rufo, ſed poſtea Conſularis eſt facta, & iterum Imperio inclinante præſidem habuit.
TARRACONENSIS. *Complectebatur aliquam partem Caſtellæ Nouæ, Regna Nauarræ, Aragoniæ, & Catalaniæ integra, cum minutâ parte Valentini.*	Caput *Tarraco* in littore, dicta & Iulia victrix Tirrhenica. Præſidem tantùm habuit.
CARTHAGINIENSIS. *Continebat Murciæ Regnum totum, & maximas partes Valentini, atque Toletani ſeu Caſtellæ Nouæ.*	Caput *Carthago Noua*. Hæc tantùm à Præſide regebatur.
INSVLARVM. *Complectebatur Regnum Maioricenſe.*	Vbi tres vrbes celebres, *Palma*, *Mago*, *Ebuſus* in tribus maioribus Inſulis, in eas olim Præfectus miſſus, deinceps fuit à Præſide adminiſtrata fuit.
MAVRITANIA TINGITANA. *In Africâ, continebat Regna Maroci, & Feſſæ & Inſ. Calis.*	Caput *Tingis*: dicebatur & Hiſpania Transfretana, & Tingitana, & ei Præſes ius dicebat.

LIBER QVINTVS.

De Hiſpania ſecundùm Recentiores..

HISPANICI ſedem, vt vocant, Imperij, hoc libro perſequimur, quod exiſtens ex tenuibus initiis, & minutis ſenſim partibus conflatum, per totum orbem patrum noſtrorum memoriâ diffuſum, noſtrâ ætate concuti, & labare cœpit; quia vix ſe ſuâ ferebat mole.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN